983.
4° Diss. 3779 (15.



BENEDICTI SCHMIDT, ICti,
SERENISSIMI, AC POTENTISSIMI ELECTORIS, VTRIVSQVE BAVARIAE DVCIS, RELIQ. RELIQ. CONSILIARII ACTVALIS AVLICI, PROFESSORIS IVRIS PVBLICI ET FEVDALIS ORDINARII, ACADEMIAE SCIENTIARVM BOICAE SOCII

DISSERTATIO HISTORICO - IVRIS PVBLICI GERMANICI PRACTICA

DE

VISITATIONE CAMERAE IMPERIALIS,

ET IN EA

ACTORVM REVISIONE,

ATQVE PER HANC

RECVRSV AD COMITIA OCYVS, ET TANDEM LEGALITER SVBLATO.

---

von der

Kaiserlichen Reichs = Cammergerichts Untersuch = und Proceß=Uebersehung, dann der hierdurch so geschwind, als endlichen Reichsgesätzmäßig beseitigten

Berufung auf den Reichstage.

QVAM VNA CVM
DEPROMPTIS EX OMNIGENO IVRE COROLLARIIS
FAVENTE SVMMO NVMINE
IN CATHOLICA, ET ELECTORALI BOIORVM VNIVERSITATE INGOLSTADIENSI
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI
SVBMITTIT, AC DEFENDIT

IVLIVS L. B. DE VELTHEIM,
PHILIPPOBVRGENSIS RHENANVS

DIE IVLII IN AVLA ACADEMICA MAIORE HORIS CONSVETIS,

PRAESIDE AVTHORE

CVM APPROBATIONE ORDINARIA.

TYPIS IOANNIS CAROLI GRAN, TYPOGRAPHI ACADEMICI 1768.

DISCVRSVS PRAELIMINARIS.

H*istoriam Imperii* Iurisprudentiae tum publicae, tum feudalis germanicae animam, quinimo ipsiusmet reipublicae bene gubernandae magistram esse, nemo nisi in orbe literario admodum hospes negabit; illa enim neglecta vix vlla Iuris publici, aut feudalis Imperii romano-germanici quaestio pragmatico - systematice deduci, aut rite applicari poterit 1). Id quod euidentissime ex triplici, cui subest, claret consideratione, ac distinctione; Historia Imperii enim a) vel *obseruantiam* complectitur, tradit, probatque, et sic ceu *Pars Iuris constitutiua*, seu vt *ipsum Ius publicum*, atque *feudale germanicum non scriptum* laudatur, vel b) *nexum Imperii intrinsecum*, atque *habitum eius ad extraneos* exponit, ac communicat, et sic vt *scientia* considerari debet, vel tandem c) sistit *hanc* vel *illam periodum in hoc*, vel *isto imperii negotio*, monstratque occasionem iurium quorundam in imperio vigentium, aut ad statum modernum non applicabilium, aliaque particularia, illustrationi tunc inseruiens, sicque insimul rerum in imperio gestarum scire iuuans *subsidii* nomine venit 2). Ita et *in iure legislatorio circa rem Imperii praeprimis iudiciariam historia Imperii* se

vt *ſcientia* habet, docet enim; quomodo per omne aeuum cum capite Imperii membra in comitiis, in hoc iuſtitiae determinandae negotio concurrerent 3); *Huic* vero, quam impraeſentiarum molimur, *diſcuſſioni* ceu *ſubſidium* inſeruit eo clarius, quo minus *absque ea*, *neque nuperrimam illam*, *ratione claſſis primae Viſitatorum*, *atque applicationis* §vi 130. *Receſſus Imperii nouiſſimi comitialem ventilationem* quisquam ſibi ſatis habebit exploratam 4). Quare nunc noſtra diſſerendi methodus analytica pragmatico-ſyſtematica vult, ſingulis in propoſitionibus, vt adeamus fontes, eosque ex Imperii hiſtoria explicemus, atque quantum opus, ac conducit, magis magisque illuſtremus, et quidem, vt euidentioris intellectus gratia elaboraturi procedamus haud impingentes 5), iuxta ordinem, atque conſpectum, quem hic ſiſtimus, praecognitum, qui ſequens eſt.

SECTIO I. De viſitatione camerae imperialis. CAPVT I. De viſitationis camerae imperialis definitione, diuiſione, origine, progreſſu, interruptione, reſtauratione, vtilitate, atque neceſſitate. CAPVT II. de Viſitatoribus. CAPVT III. de viſitatione ipſa, quomodo inchoanda, pertractanda, continuanda, finiendaque? CAPVT IV. de moderna viſitationis indole.

SECTIO II. De reuiſione actorum in camera imperiali.

SECTIO III. De recurſu ad comitia per reuiſionem actorum ocyus, et tandem legaliter ſublato.

1) *Praesidis* Vorbereitungs = Grundsätze zu Erlernung einer teutschen König = Kaiser = und Reichshistorie. §. 23. *seq.* *Eiusdem* Diss. de praerogatiuis Episcopatus, et Principatus Bambergensis §. 1. *seq.*

2) *Praesidis* principia Iuris publici germanici §. 18.

3) *Praesidis* principia citata §.381. *Eiusdem* diss. de iure adlegandi Statuum Imperii §. 7. *seq.* *Eiusdem* diss. inaug. de indole, et natura iudiciorum germaniae tam antiquorum, quam recentiorum ad statum iuris publici moderni rite explicata. §. 1. seq. *sub Praesidio* BOCRIS.

4) *Praesidis* principia citata. §. 419.

5) Interim tamen *erudite Lector* amicam, vel saltem rationabilem crisin haud subterfugimus, sed certe respondebimus, et eodem quidem, quo vsus es, calamo; Futilem vero, atque elumbem neophyti humani generis magistri imaginarii, *Professoris* nempe *Goettingensis* de SELCHOW recensionem, qui nugatorem se exhibendo atque probando, omnia corrigere, vel potius nugis contra Catholicos solitis, temerario, atque inermi ausu aliquid deblaterare praesumit, eo minus curamus, quo contumeliosius isthunc Doctorem gentium fanaticum nouissime BIBLIOPOLA adeo BAMBERGENSIS typis publice refutauit, confuditque in der Antwort auf die zudringliche Stellen des Herrn Professor SELCHOWS in Göttingen, welche derselbe seiner juridischen Bibliothek pag. 864. eingerucket hat, an das Licht gestellet von Tobias Göbhardt hochfürstlichen Bambergischen Univesirtäts = Buchhändlern.

DISSERTATIO HISTORICO-IVRIS PVBLICI GERMANICI PRACTICA.

DE

VISITATIONE CAMERAE IMPERIALIS,

ET IN EA

ACTORVM REVISIONE,

ATQVE PER HANC

RECVRSV AD COMITIA OCYVS, ET TANDEM LEGALITER SVBLATO.

von der

Kaiserlichen Reichs-Cammer-Gerichts-Untersuch- und Proceß-Uebersehung, dann der hierdurch so geschwind, als endlichen Reichs-gesätzmäßig beseitigten

Berufung auf den Reichstage.

SECTIO I.

DE

VISITATIONE CAMERAE IMPERIALIS.

CAPVT I.

DE

Visitationis Camerae imperialis definitione, diuisione, origine, progressu, interruptione, restauratione, vtilitate, atque necessitate.

SYNOPSIS.

§. 1. *Visitatio Camerae imperialis quae?* §. 2. *Est vel ordinaria,*

3. *vel extraordinaria.*
4. *Vtraque deputatione Imperii peragitur, et quidem*
5. *vel ordinaria,*
6. *vel extraordinaria.*
7. *Visitationis ordinariae, et*
8. *extraordinariae origo.*
9. *Ordinariae, et*
10. *extraordinariae progressus.*
11. *Ordinariae, et*
12. *extraordinariae interruptio.*
13. *Ordinariae, et*
14. *extraordinariae restauratio.*
15. *Ordinariae, et per hanc visitationis extraordinariae restaurationis tilitas, ac necessitas.*

§. 1.

Visitatio camerae imperialis definitur *actus*, seu *conuentus, quo defectus, et vitia in iudicio Imperii camerali tam extrinsece, quam intrinsece occurrentia per congregatos Deputatorum Imperii Statuum Subdelegatos disquiruntur, atque de eorum emendatione deliberatur, et statuitur* 1).

1) *Praesidis Principia citata* §. 419.

§. 2.

Visitationes camerae imperialis dispescuntur *in ordinarias, quae ad conuocationem Electoris moguntini singulis annis stato tempore, a nonnullis semel pro semper iam iam denominatis deputatis Imperii Statibus per suos Subdelegatos habentur* (§. 7. 9. 11. 13. A. 15.).

§. 3.

Et *in extraordinarias, quas tempore haud stato denominandi modo deputati Imperii Status per suos Subdelegatos pertractant* (§. 8. 10. 12. 14. et 15.).

§. 4.

§. 4.

Sicuti *visitationes camerae imperialis*, seu rei Imperii iudiciariae disquisitio, ac determinatio, ita et alia *deputationibus Imperii* committuntur negotia (§. 5. et 6.). 1).

1) *Praesidis* Principia cit. §. 301. 302. et 303.

§. 5.

Cum non tantum *deputationum Imperii diuisionem in ordinarias*, *et extraordinarias*, sed et insimul cuiusque speciei indolem calere multum iuuet, hinc concinne praenotamus, quod ad pacem publicam tuendam, et conseruandam Recessus Imperii de anno 1555. §. 65. seq. Electori moguntino, qua Archicancellario potestatem tribuerit, atque commiserit, vt nomine Imperatoris *ordinariam Imperii deputationem* (in qua electorales seorsim, Principum vero, et aliorum Deputati pariter in separato collegio instituunt deliberationes), conuocet, *illaque ex Electorum et quorundam cuiusque Collegii Statuum deputatis consistat, cui et Commissarius caesareus adsit*, vti Augustissimo reseruatum Cap. nou. Art. 12. §. 7. Porro in recessibus Imperii de anno 1559. §. 50. et anno 1570. §. 20. hoc munus personale perpetuum fuit factum, sicque Deputatis tunc temporis auctis semel pro semper fuit commissum, atque ad alia Imperii negotia extensum. Posthac de ea in Pace West. Art. V. §. 51. ordinatum fuisse legitur, *vt Deputatorum numerus ex vtriusque religionis Proceribus aequetur, de personis autem, vel statibus Imperii adiungendis in comitiis proximis statuatur.* In cuius conformi ate etiam recessus Imperii nouissimus de anno 1654. §. 191. vlterius ratione materiarum, et §. 194. ratione religionis paritatis non minus, ac intuitu Deputatorum numeri

meri magis amplificati 1), disposuit; Et cum *vltima deputatio imperii ordinaria* anno insequenti 1655. vsque ad initia comitiorum adhucdum durantium, sed sine fructu fuit celebrata, eam et *Augustissimus Imperator* IOSEPHVS II. *gloriosissime regnans in capitulat.* art. 12. §. 6. et 7. et art. 17. §. 3. ocyus restaurare velle spopondit 2).

1) Numerus deputatorum iam antehac in legibus imperii determinatus in allegato §. 194. eo est stabilitus, et adauctus *in verbis*: Und dieweil nach Besag des Friedenschlusses neben dem gesamten Churfürstlichen Collegio aus den Fürstlich- und Städtischen zu den alten ordinarie Deputirten, nehmlichen Oesterreich, Burgund, Würzburg, Constanz, Münster, Bayern / Braunschweig, Pommern. Hessen, Weingarten, Fürstenberg, Cölln, und Nürnberg, aus den andern Fürsten und Ständen so viel zu verordnen seyn, damit es auf gleiche Anzahl von beyden Religionen eingerichtet, und bestellet werde, so haben wir uns mit Churfürsten, und Ständen dahin Verglichen, daß hinführo Sachsen-Altenburg, Brandenburg-Culmbach, Mecklenburg, Würtenberg, und einer von denen Wetterauischen Grafen, samt denen auch dießmal von neuen bewilligten vier Städten Aachen und Uberlingen / Strasburg und Regenspurg zu denen vorigen gezogen werden.

2) *Praesidis* principia citata §. 302.

§. 6.

Quo rariores fiebant deputationes Imperii ordinariae iam vltra seculum intermissae (§. praeced.), eo frequentiores erant *extraordinariae*, *quae* describuntur *tractatio certi cuiusdam Imperii negotii particularis quibusdam statibus Imperii in comitiis tempore haud stato, vel in*

comitiorum loco 1), *vel extra comitia* 2) *commiſſa.* In his duabus quoque deputationum Imperii extraordinariarum ſpeciebus conſtituendis, non minus ac in ordinariis (§. praeced.) iuxta Pacis Weſtph. art V. §. 51. ipſamque Imperii praxin a) in concurrentia trium Imperii collegiorum religionis paritas eſt ſeruanda. Ex quo ſequitur, quod nulla deputatio e paucioribus, quam ſex perſonis conſtitui queat, ac conſiſtere b). In delegatione Deputatorum Catholici, et Proteſtantes eunt in partes c). Hae deputationes ab ordinariis in eo praecipue differunt, quod Deputati in collegia haud diuiſi ſint, ſed vnum conſtituant collegium, cui d) accedit Commiſſarius caeſareus, ſi res ita fert, aut publica vtilitas hoc exigit, et tandem e) Moguntinus, qui Directoris munere fungitur 3).

1) *In comitiorum loco quatuor imperii negotiorum particularium claſſes in deputationibus imperii extraordinariis* hucusque tractabantur a), ſi ſcilicet copia materiarum in comitiis occurrit tanta, vt ea in pleno nonniſi tarde determinari poſſet, b) ſi ſaepius cauſae ad comitia deuoluantur, quae iuxta indolem ſuam in tribus imperii collegiis commode tractari nequeunt, vti expoſitio, et perceptio legatorum exterorum, aut earum deciſio ſingularem quandam notitiam vti v. g. in re monetaria, vectigalium, cura politiae, rationum disquiſitione etc. exigant c), res priuatae, quae tanti momenti eſſe haud aeſtimantur, vt momentoſa imperii negotia, propterea ſuſpendantur, ſimiliter ac in ſpecie reuiſio proceſſus bannitorii: tandem d) antehac praecipue ſi Imperatori, aut eius principali commiſſario placitum imperii inſinuaretur, vel hodie adhuc ſi imperii nomine obſeruantia vel congratulando, vel condolendo exhibeatur, ſic et alias interdum extraordinaria deputatio in comitiis delegabatur, ſi cauſa quaedam praeprimis religionis de parte ad partem per itionem in partes tractabatur. *Franckens* Nachricht von der neueſten Beſchaffenheit eines Reichs-Tags Cap. 19. §. 4. pag. 128.

2)

2) Extra locum comitiorum tres imperii negotiorum particularium classes in deputationibus imperii extraordinariis hucusque agitatae innotuere, et quidem a) anno 1681. Francofurti ad Moenum ad dissidium cum Rege Galliae propter reunionem ortum, per eam componendum, quae autem finem haud attigit: b) anno 1697. ad tractatus Pacis Ryswicensis: Et tandem c) anno 1707. ad visitationem camerae imperialis. *Francken* loc. cit. §. 4. pag. 128.

3) *Praesidis* principia citata. §. 303.

§. 7.

His praemissis atque praecognitis aggredimur nunc *ipsam imperii deputationum speciem singularem, nempe camerae imperialis visitationem ordinariam* semper *ab extraordinaria* per epochas separando, ac distinctim dilucidando (§§. seqq.). Sicque *visitationis ordinariae originem* ex suo derivamus fonte, quod in recessu imperii constantiensi de anno 1507. §. 23. sancitum fuerit, vt sex Electores, atque sex Principes, aut eorum subdelegati praeter consiliarios caesareos per sex annos in caenos iudicii cameralis sequenti ordine inquirerent, daß des ersten Jahres mit, samt uns (Kaiser) oder unseren dazu verordneten Räthen, der Erzbischof von Maynz, und Herzog Albrecht von Bayern, des andern Jahrs der Erzbischof zu Trier, und Herzog Jorg von Sachsen, des dritten der Erzbischof zu Cölln, und Marggrave Friederich von Brandenburg, des vierten Pfalzgrave Philipps bey Rhein, und der Bischof von Bamberg, des fünften Herzog Friedrich von Sachsen, und Churfürst, und der Bischof von Würzburg, und des sechsten Jahres Marggrave Joachim Churfürst, und der Bischof von Eystädt solchen Sachen Vorsehung thun, und obseyn sollen. 1)

Secundum hanc conſtitutionem imperii fundamentalem anno 1508. ſuo ordine, ac anno Electoris moguntini, et Ducis Bauariae conſiliarii *primam camerae imperialis viſitationem* inſtituere, *alteram* haud ſeruato anno Electoris treuirenſis, et Ducis Saxoniae conſiliarii anno 1510 2). *Tertiam* ſeruato ordine, et anno 1711. ipſusmet Elector colonienſis, et Marchionis brandenburgici conſiliarii habuere 3). *Quartam* haud ſeruato ordine, et anno Electoris treuirenſis, et Ducis Saxoniae conſiliarii anno 1515. *Quintam* denique ſeruato quidem anno, ſed non ordine Electoris palatini, et Epiſcopi bambergenſis conſiliarii anno 1518. peregere 4).

1) Neue, und vollſtändigere Sammlung der Reichs-Abſchiede P. 2. pag. 115.

2) Neue, und vollſtändigere Sammlung der Reichs-Abſchiede P. 2. pag. 134. *ibique* receſſus imperii auguſtanus de anno 1510. §. 15.

3) *Harprecht de Harprechtſtein* Staats-Archiv des Cammer-Gerichts Tom. 3. pag. 98.

4) *Harprecht* loc. cit. pag. 147. et 161.

§. 8.

Origo viſitationis camerae imperialis extraordinariae in receſſu imperii ratisbonenſi de anno 1557. §. 73. - 79. occurrit 1). Hac enim lege imperii fundamentali *Rex Romanorum* FERDINANDVS I. ſe deputationem ad iudicium camerale eum in finem eſſe miſſurum promiſit, vt de iis, quae in vltima viſitatione haud peracta fuerint, deliberaret, ad quam deputati inſimul fuere denominati in §. 76. *ibi*: Und ſeynd von wegen gemeinen Ständen zu ſolcher Verordnung deputiret, und geordnet, die ſechs Chur-

Churfürsten, und aus den Fürsten sechs, nehmlich von der Geistlichen wegen der Bischof zu Speier, Bischof zu Strasburg, und Bischof zu Augspurg, und von der Weltlichen wegen Herzog Albrecht in Bayern, Herzog Wilhelm zu Gülich, und Herzog Christoph zu Würtenberg, und dann von den Prälaten der Abbt zu Weingarten, auch den schwäbischen Grafen, und Herren Fridrich Graf zu Fürstenberg, und von der Frey- und Reichs-Städten wegen Speyer und Nürnberg 2), quam visitationem extraordinariam praefati deputati per suos subdelegatos Spirae deputationis recessu confecere 3).

1) Imo in recessu imperii augustano de anno 1555. iamiam *visitatores extraordinarios* legimus fuisse denominatos, qui cum ordinariis insequenti anno 1556. id, quod rarius inuenimus, concurrebant, erat enim eo anno ex vna parte ordinaria, et ex altera visitatio extraordinaria, sicque mixta. *De Ludolff* corpus iuris cameralis pag. 199. seq. Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 3. pag. 147. *ibique* recess. imp. Ratisb. de an. 1557. §. 73. et pag. 153. *ibique* recess. imp. Spir. de anno 1557. §. 1. seq. de hac visitatione mixta allegatus recessus imp. augustan. de anno 1555. §. 110. disposuit in verbis etc. uns mit der Churfürsten Räthen, erscheinenden Fürsten, und Bothschaften entschlossen, daß auf den ersten Tag des Monaths May schierstkünftig das Kaiserliche Cammer-Gericht ordentlicher Weis durch der Kaiserl. Majestät Commissarien, und der Stände Visitatores, denen diesmal die andere Churfürsten, so zu dieser Visitation Vermög der Cammergerichts Ordnung ordentlich nicht beschrieben, auch von den geistlichen, und weltlichen Fürsten der Erzbischof von Salzburg, und Herzog von Würtenberg, von der Prälaten der Abbt zu St. Cornelius Münster, der Grafen, und Herren Wilhelm Graf zu Nassau, und Catzenelnbogen, und die

Stadt Ulm von der Frey = und Reichsstädt wegen bey angeregter Visitation zu seyn, oder ihre Räthe, und Befehlhabere dahin zuschicken, und diese vorstehende Visitation gebührlicher Weis vollbringen zu helfen zugeordnet, Vermög, und Inhalt der Ordnung visitiret werden solle. Neue und vollständigere Sammlung der Reichs = Abschiede P. 3. pag. 33.

2) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs = Abschiede P. 3. pag. 148.

3) *De Ludolff* loc. cit. pag. 224. Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs, Abschiede P. 3. pag. 153.

§. 9.

Progressus visitationis camerae imperialis ordinariae, licet diu, sed frustra tentatus (§. 12.), in conformitate recessus imperii constantiensis (§. 7.) tandem anno 1531. testante recessu visitationis sub rubro: Reformation des Kaiserlichen Cammergerichts zu Speier §. 47. obtinuit, visitatoribus ordinariis enim praedicto anno visitatio instituenda iterum iterumque committebatur, quam etiam praefixo tempore instituebant, atque ita feliciter conficiebant, vt condito praedicto visitationis recessu 1) ea finiretur, quem et recessus imperii Ratisb. de anno 1532. membr. III. §. 1. plene approbauit, atque §uo 3. insuper ad ordinationem legum imperii anteriorum Ord. Cam. scilicet de anno 1507. tit. 14. et anno 1521. tit. 5. sanciuit, vt singulis annis ordinaria iudicii cameralis visitatio instituatur, ita tamen, vt §. 4. Principi imperii impedito alium, in suum surrogare locum liceat 2); ad huius recessus normam insequenti anno 1533. visitatio iudicii cameralis vi recessus visitationis de eodem anno altera est subsecuta 3). Tandem anno 1550. 1551. 4), 1556.

5)

5) 1559. vsque ad annum 1564., et ab anno 1567. vsque ad annum 1582. 6) visitationes imperii ordinariae quotannis fuere institutae, quo anno 1582. et non vt alii volunt, ab anno 1583. vsque 1585. vltima visitatio ordinaria fuit habita 7).

1) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 2. pag. 345.

2) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 2. pag. 356.

3) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 2. pag. 403.

4) *Ludolff* loc. cit. pag. 103 - 109. seq.

5) Neue, und vollstandigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 3. pag. 15. *ibique* recessus imperii augustanus de anno 1555. §. 110. (§. 8. n. 1).

6) *Ludolff* loc. cit. pag. pag. 289 - 394. seq.

7) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 3. pag. 441. *ibique* recessus imperii nouissimus de anno 1654. §. 132. *ibi*: Weilen von Anno 1582. also in 70 Jahren keine ordinarie Visitationes, et Reuisiones gehalten worden; et hodie hae visitationes ordinariae iam per 186 annos cessant (§. 17.).

§. 10.

Progressus visitationis camerae imperialis extraordinariae ex sequentibus se tenet annis; Anno scilicet 1583 Spiram se conferebat deputatio extraordinaria 1), quae anno 1584, 1585, 1586. vsque 1587. 2) visitationis extraordinariae negotium tractauit, continuauitque, ordinauit posthac recessus imperii Ratisb. de anno 1594. §.98. visitationem extraordinariam, quae et sequenti secuta fuit anno

anno 1595. 3), et ad dispositionem recessus imperii Ratisb. de anno 1598. §. 58. et 59. 4) anno demum 1600. iterum extraordinaria fuit instituta, itidem per deputationis recessum clausa 5). Abhinc et haec quoque visitationis species vsque ad annum 1707. (quae anno 1713. confecto visitationis recessu finita fuit 6), quieuit 7). Et anno superiori vti omnibus innotescit visitatio extraordinaria Wezlariam fuit delegata, vbi adhucdum disquirendo occupatur (§. 18.).

1) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 3. pag. 899. *ibique* recessus imperii augustanus de anno 1582. §. 47.
2) *Ludolff* loc. cit. pag. 396 - 447. seq.
3) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 3. pag. 418.
4) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 3. pag. 452.
5) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 3. pag. 471.
6) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 4. pag. 261.
7) Recessus visitationis 1713. in Proemio: Seit der letzterer im Jahr 1600. vorgewesenen Visitation, ex quo *Blumii* in processu camerali Tit. 24. §. 13. commissus error in verbis: *Anno 1651. camera vltima vice visitata est attestantibus recessibus, memorialibusque*, patet, cum nec memorialia, nec recessum talis visitationis reperire est.

§. 11.

Ex §uo 7. sat clare intelligimus *visitationes ordinarias* iam ab incunabulis statim post primam, et sic porro annis nimirum 1509, 1513, et 1514, 1516, et 1517, vt et 1519 vsque 1530. fuisse *interruptas*, interrum-

pebantur,

pebantur non minus (vti ex §uo 9. constat) in progressu ab anno 1534 - 1549. porro ab anno 1552 - 1555, anno 1557. 1), et 1558. suo modo quoque anno 1565. et 1566. 2), et 1583. vsque in hodiernum diem 3).

1) Hoc anno partim ob auxilium contra turcas, partim ob religionis dissidium interrupta legitur. Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 3. pag. 137. ibique recessus imperii ratisb. §. 1. et 2. et pag. 153. ibique recessus deputationis spirensis §. 1. seq.

2) Visitationem anno 1565. intermissam Elector brandenburgicus, eo tempore pro ordine visitatoris munus tenens, per omissam consiliariorum suorum delegationem causauit, hinc et reliqui imperii status isthoc visitationis negotium in sequentem prorogauere annum, quo, cum grauissima obstarent impedimenta, in annum 1567. fuit prorogata. Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 3. pag. 211. ibique recessus imperii augustanus de anno 1566. §. 82.

3) Visitatio anno 1582. vix inchoata, iterum fuit interrupta. *Ludolff* loc. cit. pag. 395., et quidem ea ex ratione, quia Episcopus Tulensis eo anno conuisitator, istam suam spartam, Episcopo Verdunensi, cum Capitulo ob electionem, valde controuertenti, hinc et ab Imperatore Regalibus haud inuestito demandabat, cui itaque a deputatione sessionis, atque suffragii ius recte fuit denegatum; Quod autem in hodiernum vsque diem visitatio ordinaria fuerit retardata partim suas graues, partim politicas, et inter has etiam suas habet pseudo-rationes (§. 13. et cap. 4.).

§. 12.

Interrumpebantur non minus, et *visitationes extraordinariae*, vti ex §uo 10. colligimus, et quidem statim, postquam incepere, anno nimirum 1558. vsque in annum 1582, sic et in progressu anno 1588 vsque ad 1594,

anno 1596. vsque 1599, et ab anno 1601. vsque 1706. , denique ab 1714 - 1767.

§. 13.

Ad restaurandas visitationes ordinarias varie deliberatum, multumque in comitiis sancitum esse, ex imperii legibus claret; ordinatione enim camerali wormatiensi de anno 1521. tit. 5. 1) restituto a CAROLO V. *Imperatore* imperii regimento in eodem cum camera loco, commoraturo, committebatur, sed haec sanctio suum effectum ideo non est sortita, quia hoc ipsum regimentum suis quoque laborauit vitiis visitationis negotium, quare et in comitiis spirensibus de an. 1526. §. 24. 2) eadem ratione, qua camera, visitandum esse statutum, ipsique visitatores denominati sunt, quod negotium autem neque in eo, imo necdum anno 1529, in quo per recessum imperii spirensem §. 28, et 29. 3). vltronee demandabatur, fuit expeditum, sed tamdiu suspensum, donec imperii regimentum, quod statibus haud amplius sustentare placuit, anno 1430. in totum fuit sublatum 4). Sic recessu imperii ratisbonensi ann. 1541. §. 37. et 38. 5) visitationis restauratio ad sequentis anni initium fuit ordinata, et ea haud habita, altera in recessu imperii spirensi de anno 1542. §. 133. 6), et in recessu norimbergensi de anno 1543. §. 33. 7) tertia, sed itidem frustranee fuit decreta, sic et recessus imperii spirensis de anno 1544. §. 76. 8), visitationem ordinariam restaurandam, atque tandem instituendam sanciens suum quoque effectum haud est sortitus. Anno 1588. visitationum ordinariarum restaurationem grauissima illa Religionis cum Archiepiscopo Magdeburgensi, eo tempore conuisitatore, et reformatae religioni addicto dissidia 9), et inter causas reuisionis quatuor istae causae mona-

naste-

nasteriorum a Protestantibus reformatorum restitutionem spectantes 10), vix non impossibilem reddebant. In recessu deputationis spirensi de anno 1600. §. 147.), et in recessu imperii ratisbonensi de anno 1603. §. 45. seq. 12), non minus ac in conceptu ordinationis cameralis p. 1. tit. 64 pr. annuarum visitationum restauratio iuxta anteriorum imperii legum dispositionem fuit promissa, promisit et eam pax pragensis de anno 1635. §. 27. 13), et recessus imperii nouissimus de anno 1654. §. 132. 14) voluit, statuitque, vt expeditis per visitationem extraordinariam reuisionibus visitatio ordinaria, eaque annua iterum restauretur, sed et hoc institutum non adeptum est effectum. Tandem anno 1742. *Imperatoris* CAROLI VII. capitulationi art. 12. §. 6. et art. 17. §. 3. visitationes camerae ordinarias imposterum esse restituendas, antea vero visitationem extraordinariam iuxta recessum imperii nouissimum de anno 1654. §. 13. seq. (cap. 4.) instituendam esse, inserebatur, quod etiam iisdem locis insertum fuit, subsecutis, et quidem verbotenus FRANCISCI I. 15), et IOSEPHI II art. 17. §. 3. verum hac addita parenthesi: **als weswegen wir zu einen künftigen Reichsschluß, und einem zu Stand zu bringenden, denen Reichssatzungen, und der heilsamen Justitz gemässen** Regulatiuo **alle Beförderung beytragen wollen.**

1) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 2. pag. 179.

2) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 2. pag. 172.

3) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 2. pag. 262.

4) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 2. pag. 345. *ibique* Cammer-Reformation zu Speyer de anno 1531. §. 47.

5) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 2. pag. 428.

6) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 2. pag. 444.

7) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 2. pag. 482.

8) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 2. pag. 495.

9) *Lymnaeus* in ius publicum lib. 9. cap. 2. n. 198.

10) *Neurod* pragmatische Erläuterung des jüngsten Reichs-Abschieds pag. 550.

11) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 3. pag. 471.

12) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 3. pag. 498.

13) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 3 pag. 534.

14) Neue, und vollstandigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 3. pag. 640.

15) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede Zugabe zu den vierten Theil. pag. 2.

§. 14.

Supra §§uis 8. et 10. ſtitimus *deputationes extraordinarias, quae ceſſantibus* ob varia imperii negotia, variasque controuerſias *ordinariis viſitationibus, ad cameram viſitandam inſtitutae ſunt*, qua ex ratione in pace pragenſi de anno 1635. §. 27. 1) deputatio extraordinaria eum in finem fuit decreta, vt de modo deliberaret, quomodo reuiſiones, quarum iam aliquot millia eſſent, abſolui, et dein viſitationes ordinariae vna cum reuiſionibus reſtaurari poſſent,

ſent, eandem ob cauſam ad disquirendas ſcilicet reuiſiones in deputatione francofurtenſi de anno 1644. imperii ſtatus eo conueniebant, vt deputatio extraordinaria anno 1645. duo iudicia reuiſoria formans inſtitueretur, et deinceps anno ſequenti ſimili deputatione exciperetur 2). Sed et haec poſterior vti prior in actum haud fuit deducta. In receſſu imperii nou. de anno 1654. §.130. 3) tertia ad disquirendas reuiſiones concluſa fuit deputatio extraordinaria, ſchemaque quinque deputationum claſſes exhibens, confectum, atque receſſui adiectum eſt, quarum quaelibet ex 24. ſtatibus conſiſtit, et eo ſchemate viſitatores vtriusque religionis pares nominabantur, expeditis autem reuiſionibus ordinariarum quoque viſitationum reſtaurationem praefatus receſſus praecepit, atque voluit, vt in proxima viſitatione extraordinaria de ſchemate quodam deliberaretur, ſecundum quod viſitationes ordinariae impoſterum inſtituerentur, ſed et hoc inſtitutum iterum effectu caruit. Reſtauratio viſitationis extraordinariae expoſt varie fuit tentata, quam tandem ſecutum camerae imperialis iuſtitium an. 1707. ita effecit, vt illa die 20. Octob. dicti anni fuerit incepta, et die 18. Dec. 1713. viſitationis receſſu finita 4). Sicque a CAROLI VII. electione ad ordinarias tandem reſtituendas, ante omnia de viſitatione extraordinaria inſtituenda concludebatur, dein partim Electores eam ob rem ad Imperatorem literas collegiales exararunt, *Imperatoris* FRANCISCI I. capitulationi extraordinariam viſitationem habendam inſeruerunt, iudicium camerale ipſum eam efflagitauit, ſtatusque ipſi hanc vrſerunt, Imperator de ea promouenda decretum commiſſionis dedit 5), donec anno ſuperiori ſuum effectum ſit ſortita, atque Wezlariae inchoata.

1) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 3. pag. 534.

2) *Neurod* Erläuterung des jüngern Reichs-Abschieds pag. 565.

3) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 3. pag. 640.

4) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 3. pag. 261.

5) Sammlung, und Fortsetzungen der nöthigsten, zum Theil noch ungedruckten Actenstücken die Visitation des kaiserlichen und Reichs-Cammergerichts betrefend.

§. 15.

Rebus sic stantibus vniuersum imperium prima fronte *vtilitatem, atque necessitatem visitationis extraordinariae camerae imperialis*, et per hanc corrigendos, atque emendandos defectus huius iudicii imperii vniuersalis tam extrinsecos, quam intrinsecos, et dein visitationes ordinarias vna cum reuisionibus restaurandas sat clare cognoscit, praeprimis vero is, qui ex eius omissione detrimentum sentit, ac damnum idque irreparabile, cuius causa in hoc archidicasterio ventilatur, si enim causa in eo est decisa, iustitiae per hoc nondum factum est satis, siue sententia iusta, siue iniusta sit pronuntiata, priori enim casu pars succumbens remedium reuisionis effectu suspensiuo interponit, pars victrix statuente recessu imperii de anno 1654. §. 124. 1) effectum hunc suspensiuum per *cautionem eamque sufficientem de restituendo* tollere, sicque nouo grauamine suum ius, ipsamque iustitiam redimere, ac obtinere debet; posteriori casu pars grauata reuisionem petit, sed sua aetate non fiet, pars enim victrix cautione interposita

posita sententiae executionem impetrat, vnde maximus ille abusus, recursus scilicet ad comitia frequentissimus necessario venit, ob cuius frequentiam causae vel plane non, vel saltem ob absentiam a camera, atque deficiente decidendi ratione nec rite disquiri, hinc et nec rite decidi queunt 2) Sicque ipsa iustitia, atque saluberrimae imperii leges vel maxime violantur, id quod CAROLVS VI. *Imperator* 3) perspexit.

1) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 3. pagi 640. et capit. IOSEPHI II. nouiss. art. 17. §. 2. in fine.

2) In iudicio enim reuisorio vi ord. cam. P. 3. tit. 53. §. 1. camerae assessores, qui sententiam dixere, praesentes esse, atque rationes, et fundamenta sententiae iudicare tenentur, de quibus in comitiis saepius nil constat, et quia praecipua decidendi ratio haud est nota, facile euenire potest, vt iustissima sententia reformetur (sect. 2. et 3.).

3) In commissionis decreto de die 24. Maii 1719. ibi: Sie, (Kaiser) könnten die von so geraumer Zeit ins Stecken gerathene ordinari Visitationen, und Revisionen nicht anderst, als einen notablen, und solchen Mangel ansehen, wodurch, und zwar in den ersten bey abgehender so hochnöthiger Aufsicht alle vorhin mühsam errichtete heilsame Ordnung ins Wanken gesetzet, in den andern aber das ohnentbehrliche letztere Complementum benohmen würde. *Fabri* europäische Staats-Canzley tom. 34. p. 562. Electores literis collegialibus Francofurti ad Moenum ad Imperatorem CAROLVM VII. die 14. Febr. 1742. exaratis necessitatem ita expressere: Es werde Männiglich, der es mit dem Vatterland überhaupt, und dessen Mitgliedern ins besondere, ja mit sich selbsten wohl meinet, hierunter gänzlich einverstanden seyn, und zu fernerer der Sachen so nützlich, als nothwendiger Ausführung patriotisch mitbeywürken. Similis tenoris sunt literae electorales ad Imperatorem FRANCISCVM I. Francofurti ad Moenum die 19

Martii

Martii 1764. ibi: Wir (Churfürsten) glauben den wahrhaften Grund eines solchen schädlichen Ohnweesens (Recursus ad comitia sect. 3.) nicht verläßiger als in der bisher ruckstellig gebliebenen Visitation, capit. IOSEPHI II. nouiss. art. 17. correspondet, et decretum Imperatoris FRANCISCI I. aulicum ad comitia die 3. Augusti 1764. datum in der Sammlung, und Fortsetzungen der nöthigsten zum Theil noch ungedruckten Actenstücke die Visitation des Kaiserlichen und Reichs-Cammergerichts betrefend.

CAPVT II.

DE *Visitatoribus.*

SYNOPSIS.

§. 16. *Imperator mittit commissarios.*
17. *Elector moguntinus conuocat.*
18. *Quinam status ordinarias visitationes peragant?*
19. *Quinam vero extraordinarias?*
§. 20. *Personalis statuum comparitio hodie non requiritur.*
21. *Consiliarii delegati qui*, *et*
22. *quot?*
23. *Quid deficientibus statibus deputatis.*

§. 16.

Supra §. 7. ex lege imperii de anno 1507. ostendimus, quod Imperator iamiam a visitationis origine huic conuentui particulari suos adlegauerit consiliarios, id quod recessus imperii augustanus de anno 1510. §. 15. 1) vult *in verbis:* Darum wir, unsere Neven, und Fürsten der Erzbischof zu Trier, und Herzog Georg zu Sachsen, unsere Räth auf St. Johannis Baptistä Tag zu Worms haben,

haben, die Rechnungen, und Gebrechen des Cammergerichts durch unserer aller Räthe des andern Tags hören, und die Nothdurft handlen lassen, sic et recessus imperii ratisbonensis de anno 1532. memb. III. §. 3. 2) disponit *ibi :* Demnach beschlossen, daß unser Cammergericht alle Jahr den ersten Tag May an dem Ort, da es gehalten, visitiret werden solle, dazu wir (Kaiser) zween, nehmlichen den würdigen, und ehrsamen Marquarden von Stein zu Maynz, Bamberg, und Augspurg Thumprobst, und Ulrichen von Helffenstein ꝛc. verordnen. Apparet insuper haud intermissa commissariorum caesareorum delegatio ad visitationes camerae imperialis tam ordinarias, quam extraordinarias ex ipsissimis visitationum recessibus, et in capitulationibus, prout etiam in IOSEPHI II. nouissima art. 17. §. 4. *ibi :* Nebst unseren (Kaiserlichen) Commissarien haec delegatio iterum iterumque legitur stabilita.

1) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 2. pag. 132.

2) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 2. pag. 352.

§. 17.

Recessus imperii ratisbonensis de anno 1532. memb. III. §. 3. 1) verba : Und sollen die Churfürsten, geistliche, und weltliche Fürsten, Prälaten, Grafen, und Städt auf des Erzbischofs von Maynz als Erzkanzlers Erfordern, sie, und die ihren nach Ordnung ihrer Seßion im Reich auf ihre Kosten erscheinen, und die ihren schicken, docent, quod Archiepiscopo Electori moguntino, qua imperii Archicancellario ius conuocandi status ad visitationis conuentum competat, id quod praxis ipsa con-

firmat, et capitulationes, vt et nouissima art. 17. §. 4. repetunt in verbis: **Und dazu durch Churmaynz, als des Reichs Erzkanzlers in Zeiten Ordnungsmäßig beschrieben werden mögen,** Ex quo imperii archicancellariatu Electorem moguntinum perpetuum camerae imperialis visitatorem esse recte deducimus, atque concludimus (§. 25).

1) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 2. pag. 352.

§. 18.

Supra §uo 7. stitimus eos sex Electores, atque sex Principes de anno ad annum alternantes, quibus priores sex visitationes ordinariae peragendae fuere commissae, expost recessus imperii ratisbonensis de anno 1532. membr. III. §. 3. 1) visitatores camerae imperialis ordinarios sequenti determinauit modo: **Darzu wir (Kaiser) zween, und unser Freund, und Oheim Herr Albrecht Cardinal, und Erzbischof zu Maynz, als Erzkanzler des Römischen Reichs, und neben seiner Liebden noch ein Churfürst, jeder einen Rath, darzu zween Fürsten, ein geistlicher, und ein weltlicher, der das erste Jahr der geistliche eigner Persohn, und der weltliche einen Rath, und das ander Jahr der weltliche eigner Persohn, und der geistlich einen Rath, und also hinführter nach seiner Ordnung, desgleichen die Prälaten, Grafen, und Städt auch ein jeder einen Rath zu solcher jährlichen Visitation verordnen.** Dein alius in conuocandis imperii statibus ad visitationes ordinarias fuit obseruatus ordo in comitiis anno 1566. sancitus 2), vsque dum plane intermitterentur ita, vt in recessu imperii nouissimo de anno 1654. §. 132. 3) visitationi extraordinariae confectio schematis ordinariarum visitationum restau-

ſtaurandarum demandaretur, ſed hoc adhucdum deſideratur (caput IV.).

1) Neue, und vollſtändigere Sammlung der Reichs-Abſchiede P. 2. pag. 352.

2) *Ludolff* corpus iuris cameralis pag. 208.

3) Neue, und vollſtändigere Sammlung der Reichs-Abſchiede P. 3. pag. 640.

§. 19.

(§uo 8.) primum viſitationis extraordinariae ſchema exhibuimus, quod in ſequentibus viſitationum extraordinariarum conuentibus, paucis mutatis fuit retentum. Anno 1654. receſſui imperii nouiſſimo viſitationum extraordinariarum ſchema per quinque claſſes, ſeu deputationes in fine ſuit adnexum 1), et aliud iterum per concluſum trium imperii collegiorum in comitiis die 15. Octob. 1704. ordinatum 2), a quo ſchema modernae claſſis, ſeu deputationis primae longe, aſt a claſſe prima receſſus imperii nouiſſimi parum differt 3).

1) Neue, und vollſtändigere Sammlung der Reichs-Abſchiede P. 3. pag. 640. ibi der jüngſte Reichs-Abſchied §. 201. *Claſſis, vel Deputatio prima. Catholici*: 1. Churmaynz. 2. Chur-Trier. 3. Oeſterreich. 4. Bamberg. 5. Coſtanz. 6. Regenſpurg. 7. Münſter. 8. Bayrn. 9. Ein Prälat. 10. Ein Graf. 11. Stadt Cölln. 12. Stadt Augſpurg. *Proteſtantes*: 1. Chur-Sachſen. 2. Chur-Brandenburg. 3. Pfalz-Lautern. 4. Sachſen-Gotha. 5. Brandenburg-Culmbach. 6. Wolffenbüttl. 7. Mecklenburg-Schwerin. 8. Heſſen-Darmſtadt. 9. Baden-Durlach. 10. Ein Graf. 11. Stadt Straßburg. 12. Stadt Regenſpurg. §. 202. *Claſſis, vel Deputatio ſecunda. Catholici*: 1. Chur-Maynz. 2. Chur-Cölln. 3. Salzburg. 4. Burgund. 5 Würzburg. 6. Speyer. 7. Augſpurg. 8. Pfalz-Neuburg.

burg. 9. Ein Prälat. 10. Ein Graf. 11. Stadt Aachen. 12. Rottweil. *Protestantes*: 1. Chur-Sachsen. 2. Chur-Pfalz. 3. Pfalz-Simmern. 4. Sachsen-Altenburg. 5. Brandenburg-Onolzbach. 6. Braunschweig-Zell. 7. Hinterpommern. 8. Hessen-Cassel. 9. Hollstein. 10. Ein Graf. 11. Augspurg. 12. Nürnberg. §. 203. *Classis, vel Deputatio tertia. Catholici*: 1. Chur-Maynz. 2. Chur-Bayrn. 3. Aichstätt. 4. Straßburg. 5. Hildesheim. 6. Freysingen. 7. Oßnabrück. 8. Lüttich. 9. Ein Prälat. 10. Ein Graf. 11. Schlettstadt. 12. Uberlingen. *Protestantes*: 1. Chur-Brandenburg. 2. Chur-Pfalz. 3. Bremen. 4. Pfalz-Zweybrücken. 5. Sachsen-Weymar. 6. Braunschweig-Calenberg. 7. Würtemberg. 8. Mecklenburg-Gistrou. 9. Hennenberg. 10. Ein Graf. 11. Lübeck. 12. Ulm. §. 204. *Classis, vel Deputatio quarta. Catholici*: 1. Chur-Maynz. 2. Chur-Trier. 3. Worms. 4. Baderborn. 5. Passau. 6. Brixen. 7. Basel. 8. Leichtenberg. 9. Ein Prälat. 10. Ein Graf. 11. Ober-Ebenheim. 12. Schwäbisch-Gemünd. *Protestantes*: 1. Chur-Sachsen. 2. Chur-Brandenburg. 3. Pfalz-Lautern. 4. Magdeburg. 5. Eisenach. 6. Grubenhagen. 7. Vor-Pommern. 8. Anhalt. 9. Sachsen-Lauenburg. 10. Ein Graf. 11. Worms. 12. Speyer. §. 205. *Visitationis extraordinariae Classis quinta. Catholici*: 1. Chur-Maynz. 2. Chur-Cölln. 3. Teutschmeister. 4. Trient. 5. Fulda. 6. Ellwangen. 7. Corvey. 8. Baden-Baden. 9. Ein Prälat. 10. Ein Graf. 11. Wangen. 12. Offenburg. *Protestantes*: 1. Chur-Sachsen. 2. Chur-Pfalz. 3. Sachsen-Coburg. 4. Halberstadt. 5. Hochberg. 6. Verden. 7. Hollstein. 8. Lübeck. 9. Mumpelgard. 10. Ein Graf. 11. Frankfurt. 12. Rottenburg.

2) *Fabri* Europäische Staats-Canzley tom. 9. cap. 3. n. 14. pag. 244. *ibique Schema. Catholici*: 1. Chur-Maynz, 2. Chur-Pfalz, 3. Salzburg, 4 Oesterreich, saluo inter hos duos alternationis ordine, 5. Bamberg, 6. Speyer, 7. Hildesheim, 8. Osnabrück, 9. Münster, 10. Baden-Baden, 11. schwäbische Prälaten, 12. Aacheu, 13. Uberlingen. *Protestantes*: 1. Chur-Sachsen, 2. Chur-Brandenburg, 3. Magdeburg,

deburg, 4. Schweden-Bremen, 5. Sachsen-Weymar, 6. Brandenburg-Culmbach, 7. Braunschweig-Zell, 8. Würtenberg, 9. Hessen-Cassel, 10. Mecklenburg-Schwerin saluo inter hos tres alternationis ordine, 11. Wetterauische Grafen, 12. Nürnberg, 13. Frankfurt.

3) Zweyte Fortsetzung der Sammlung der nöthigsten zum Theil noch ungedruckten Actenstücke die Visitation des Kaiserlichen, und Reichs-Cammergerichts betrefend num. 12 lit. B. pag. 156. *ibique Classis, vel Deputatio prima: Catholici:* 1. Chur-Maynz, 2. Chur-Trier, 3. Oesterreich, 4. Bamberg, 5. Costanz, 6. Regenspurg, 7. Münster, 8. Bayern, 9. ein Prälat, 10. ein Graf, modo Pfalz-Lautern, 11. Stadt Cölln, 12. Stadt Augspurg. *Protestantes* 1. Chur-Sachsen, 2. Chur-Brandenburg, 3. Pfalz-Lautern, modo Bremen, 4. Sachsen-Gotha, 5 Brandenburg-Culmbach, 6. Wolfenbüttel, 7. Mecklenburg-Schwerin, 8. Hessen-Darmstadt, 9. Baaden-Durlach, 10. ein Graf, 11. Stadt Straßburg, modo Nürnberg, 12. Stadt Regenspurg. (Caput 4.)

§. 20.

In prima visitationum ordinatione in recessu scilicet constantiensi de anno 1507. visitatorum imperii statuum arbitrio relinquebatur: vtrum in persona, vel per consiliarios suos adlegatos comparere velint? vti ex §uo 23. 1) patet, ibi: So haben wir (Kaiser) uns mit denen Ständen des Heil. Reichs, und sie wiederum mit uns vertragen, und vereiniget, daß zu Ausgang eines jeden Jahrs auf einen nehmlichen Tag, den unser Cammerrichter setzen, und verkünden wird, wir, oder unser darzu trefenliche verordnete Räthe, und zween hernach aus denen benennten Churfürsten, und Fürsten, oder ihre trefenliche Räthe bey den gedacht unsern Cammergericht erscheinen sollen, alle und jede des Cammergerichts fürge-

gefallene Gebrechen, und Nothdurft zu verhören, zu ordnen, zu handlen, und zu versehen: Quare et primae visitationes, si tertiam anno 1511. habitam, in qua Elector coloniensis in persona comparuit, excipias, per deputatorum imperii statuum consiliarios fuerunt pertractatae (§. 7.), dein personalem vnius saltem Principis deputati comparitionem ordinauit recessus imperii ratisbonensis de anno 1532. memb. III. §. 3. 2) ibi: Darzu zween Fürsten ein geistlicher, und weltlicher, der das erste Jahr der geistliche eigner Persohn, und der weltlich einen Rath, und das andere Jahr der weltlich eigner Persohn, und der geistlich einen Rath, und also hinfürter nach seiner Ordnung. §. 4. Doch so es dem Fürsten, an welchem die Ordnung seyn würde, aus redlichen Ursachen eigner Persohn zu erscheinen nicht gelegen, soll demselben zugelassen seyn, einen anderen Fürsten die Visitation eigner Persohn zu besuchen, an seine Statt zu erbitten, und zu vermögen, quae ordinatio non solum testantibus visitationum ordinariarum recessibus, sed et testante recessu de anno 1587. 3) vti in ordinariis, ita in extraordinariis quoque conuentibus in praxin est deducta; Ast cum praeter alia impedimenta nimios sumtus personalis illa Principis imperii comparitio requireret, deputatorum arbitrio ea quasi postliminii iure relinquebatur per recessum imperii nouissimum de anno 1654. §. 128. 4), ibi: So sollen nun hinfüran dem Fürsten, den sonsten Vermög der Reichs-Constitutionen denen Visitationen in Persohn beyzuwohnen jedesmal die Ordnung betrift, solche persöhnliche Erscheinung in seine Willkühr gestellet, und ihme aus seinen qualificirten Räthen gleich den anderen beschriebenen Ständen Jemand, jedoch zu mehrern Respect aufs wenigst

ein

einen von seinen vornehmsten Ministern an seine Stelle zu verordnen erlaubet seyn.

1) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 2. pag. 112.

2) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 2. pag. 352.

3) *Ludolff De* loc. cit. pag. 447. seq.

4) Neue, und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede P. 3. pag. 640.

§. 21.

Cammergericht angesuchte Interims-Visitation 1), aeque parum, ac ex anterioribus euincere licet terminum visitationis peremptorium; cum in hoc ipso insisteretur recessui imperii nouissimo per verba: Der Disposition des jüngsten Reichs-Abschieds §. 130. zu insistiren, und wirklich nachzusetzen, sicque in praefato imperii placito termini visitationis nequidem mentio fiebat, quam certo certius non intermisissent, si terminus annuus peremptorius visitationi adeo fuisset essentialis.

1) Sammlung, und Fortsetzungen der nöthigsten, zum Theil noch ungedruckten Actenstücken die Visitation des kaiserlichen und Reichs-Cammergerichts betrefend. p. 16.

§. 38.

Sextum manifestae probationis argumentum communicat visitatio nouissima, cui instructio imperii de 15. Augusti anno 1706. praecedebat, in qua nullus terminus *ad quem*, bene vero expresse ordinatum est - Daß die für ausbleibende in recessu imperii nouissimo §. 128, statuirte Pön der 5000. Goldgulden auch auf diejenigen zu verstehen seyn sollte, so zwar sich einfinden, aber ehe und bevor die Sach völlig ausgemacht, sich von Wetzlar ohne Erlaubniß, oder ferner unter sich nehmender Verabredung wegbegeben, oder der Deliberation sich entziehen würden. Imperium enim satis perspexit, quod visitationis negotium indiuiduum, seque late diffundens ad terminum *ad quem* restringi haud queat, sed negotium isthoc simul, ac semel sit pertractandum, finiendumque, et in ipsa visitatorum relatione quoad punctum visitationum ordinariarum restaurandarum visitatores in adiuncto sub lit. D. 1) referebant se ad normam recess. imp. nouiss. §. 128. existimare, quod ocyus visitatio in effe-

ctum esset deducenda, et ad hanc peragendam pro prima classe illam in recessu imperii nouissimo, eiusque adiuncto schemate iam determinatam classem primam proponebant, quin de termino peremptorio, aut de classe secunda, vel vlteriori procul adhuc remota, proponenda cogitarent.

1) Fabri Staats-Canzley Tom. 34. p. 602.

§. 39.

In tribus capitulationibus nouissimis, licet ipsis executio conclusae in recess. imp. nouiss. §. 130. imperii deputationis inserta fuerit, terminus tamen annuus, isque peremptorius, atque fatalis *ad quem* non reperitur, qui tamen vt aliae propositiones dicti §. 130. multo magis inseri debuisset, si terminus annuus visitationi adeo essentialis vnquam fuisset, aut imposterum esset. Ex qua omissione, ipsum collegium electorale hunc terminum annuum nonnisi vt hypotheticum considerasse recte inferimus; in capilatione enim CAROLI VII. prima Septembris 1742, et FRANCISCI I. prima Maii 1746, et in nouissima IOSEPHI II. tempus sex mensium post susceptum imperium tanquam terminus visitationis *a quo* praescriptus legitur in art. 17. §. 4. ibi: So fort sollen, und wollen wir, so bald nach angetrettener unserer Regierung die Vorsehung thun, damit nebst unseren Commissarien die Inhalts des gedachten jüngeren Reichs-Abschieds, und derer demselben beygefügten Classen zu sothaner Reichs-Deputation verordnete Stände innerhalb 6. Monathe bey dem Cammergericht durch ihre dahin abschickende der Sachen wohl gewachsene Räthe ohnfehlbar sich einfinden, und dazu durch Chur-Maynz, als des Reichs Erzkanzlern in Zeiten ordnungsmäßig beschrieben werden mögen:

sed

ſed de termino *ad quem* in tribus nouiſſimis capitulationibus altum eſt ſilentium. Imo nouiſſima capitulatio art. 17. §. 6. deputatos imperii ſtatus ratione ipſius viſitationis etiam ad imperii inſtructionem de anno 1706. remittit in verbis: **Sodann auch die der letzteren extraordinarie Reichs-Deputation von Reichswegen ertheilte** Inſtruction, **ſo weit ſie auf die jetzige Umſtände ſchicklich iſt, enthalten**; Sed in illa aeque parum legitur terminus peremptorius *ad quem*, bene vero docente viſitationis receſſu de anno 1713. illa per ſex annos durauit (§. praec.). Sic principalis illa receſſus imperii nouiſſimi ſanctio, quod viſitatio a prima claſſe, reuiſiones vero ab vlterioribus ſolitarie peragantur, in tribus capitulationibus nouiſſimis eſt ſtabilita, expreſſe enim loquitur art. 17. §. 12. **Wir ſollen, und wollen beyneben daran ſeyn, damit vielberührten jüngern Reichs-Abſchied ein völliges Genügen geleiſtet, und die von Reichswegen beſchloſſene** extraordinarie Deputation **durch die weitere Claſſen der Gebühr vollzogen werden möge,** et quando in tribus capitulationibus nouiſſimis art. 17. §. 8. ordinatum eſt, **daß die** in Termino **erſcheinende Stände, ſo bald ſich alſo abtheilen, und die** Senatus **formiren, mithin deren erſterer auch dermalen ſothane Viſitation zu forderſt vornehmen, von den drey übrigen Senaten aber zwey die alten Reviſions-Sachen, und der vierte die neuere unter die Hand nehmen, und rechtlicher Gebühr entſcheiden ſolle:** haec diſpoſitio non vt receſſus imperii nouiſſimi mutatio, ſed vt clarior ad facilitandum, et maturandum viſitationis, atque reuiſionum negotium determinatio haberi debet 1), cum ſenatui primae claſſis per verba **mithin deren erſterer auch dermalen ſothane Viſitation zu forderſt vornehmen**, ipſa viſitatio iuxta ſenſum

ſum, ac diſpoſitionem receſſus imperii nouiſſimi fuit commiſſa, id quod tres capitulationes art. 17. §. 9. confirmant, in conformitate enim receſſus imperii nouiſſimi (§.36.) allegatus capitulationum locus ſenatui primae claſſis, ſeu viſitatoribus conceptus ordinationis cameralis reuiſionem demandauit per verba: **Inſonderheit ſolle der zuerſt beſagter Viſitation beſtimmte Senat nach Vollendung derſelben auch gemäß des jüngern Reichs-Abſchied die** Reuidir- **und Verbeſſerung des ſogenannten** Concepts **der Cammergerichts-Ordnung beßten Fleiß vornehmen, und darüber an uns, und das Reich Bericht thun.** Viſitatio itaque ab eo ſenatu, a quo inchoata, priuatiue continuanda eſt, atque finienda. Ex qua diſpoſitione colligimus, quod per demandatam, atque acceptatam viſitationem claſſis prima ius quaeſitum ad totum viſitationis negotium peragendum obtinuerit, ita vt terminus *ad quem* in receſſu imperii nouiſſimo tantum hypothetice peremptorius occurrens, in tribus capitulationibus nouiſſimis econtra plane omiſſus viſitationis negotium praecludere haud queat, ſed finita viſitatione reliquae claſſes reuiſiones ſolummodo iuxta ordinem continuent, ac decidant, quo et ipſiusmet modernae viſitationis acta comitiologica tendunt, et inter ea praecipue placitum imperii de 8. Auguſti 1766. ibi: **Daß zu einer** Viſitatione extraordinaria **des Kaiſerlichen, und Reichs-Cammergerichts unverweilt zu ſchreitten, und die hiebey nach Anordnung des jüngern Reichs-Abſchieds, und der damit übereinſtimmenden Kaiſerl. Wahl-Capitulation zu verfahren, mithin denen in dem** Schemate **des Reichs-Abſchiedes, und deſſen** Claſſe prima **benannten** Deputatis **ſothanes Viſitations-Geſchäft aufzutragen ſeye.** Quod et caeſarea ratificatio eſt ſecuta, in cuius confor-

mitate

mitate prima claſſis (§. 19.) modernae viſitationis negotium ſibi commiſſum feliciter incepit, et adhuc continuat, inde ſperandum eſt, quod illud quoque iuxta naturam negotii, obſeruantiam imperii, ipſum receſſum imperii nouiſſimum, viſitationem nouiſſimam, atque iuxta tres capitulationes caeſareas nouiſſimas maximo cum fructu ſit finitura.

1) Mosers Anmerkung zur Wahl-Capitulation Kaisers Karl des Siebenden P. 3. p. 221.

§. 40.

Vltimum denique ſuſceptae probationis argumentum ex analogia iuris publici germanici petimus, atque ex ea inſimul probamus, quod computatio, atque determinatio termini viſitationis annui in receſſu imperii nouiſſimo circiter, ac hypothetice ſtatuti viſitationem inde non dum finitam haud interrumpat, ſed vsque ad finem proroget. Quis enim neſcit diſpoſitionem aureae bullae tit. 2. §. 5., iuxta quam Electores ſub poena a die praeſtiti iuramenti intra 30. dies continuo numerandos Imperatorem eligere debeant, et quis ex hiſtoria obſeruantiam huius termini peremptorii *ad quem* euoluere poterit? ſi vel vltimam Imperatoris FRANCISCI I. electionem reſpiciat, patebit cuique, CAROLVM VII. die 20. Ianuarii 1745. Monachii mortuum, et primum die 13. Septembris dicti anni FRANCISCVM I. Francofurti electum fuiſſe; Conſtat porro ex ordinatione camerali quodcunque iudicium auſtregale quoad ſuum terminum *ad quem* ad ſummum eſſe annuum, ſed praxis imperii non vno exemplo docet, iudicia auſtregalia diutius perduraſſe, imo ſi et tam appellationum, quam probationum terminos peremptorios *ad quem*, et inter fatales dictos ſpectemus, iudex adeo illos

ad

ad petitionem partis recte prorogat; Quis ergo ponderata hac iuris publici germanici analogia statuat, quod visitatio ceu vnicum administrandae iustitiae fundamentum, hincque maxime momentosum elapso anno sit interrumpendum? cum terminus annuus in recessu imperii nouissimo tantum circiter, et hypothetice positus, in visitatione nouissima per sex annos, vsque dum visitatio plenarie finita esset, sub poena continuatus, et in tribus capitulationibus caesareis nouissimis plane fuit omissus.

§. 41.

Supra (§§. 13. et 14.) stitimus, quam multum fuerit deliberatum circa punctum restaurandae visitationis ordinariae, stitimus et vtilitatem, et necessitatem modernae visitationis extraordiuariae camerae imperialis; et quod nihil magis optandum, quam vt per eam visitationes iudicii cameralis ordinariae quam primum restaurari queant, tam Imperatori, quam statibus imperii curae, cordique fuisse, non tam acta comitiologica sed et ipsa instituta visiatio moderna nos edocet. Quibus argumentis hoc vnicum adiicimus, quod visitatio isthaec, vti imperium per leges fundamentales super hoc negotio latas iam dudum agnouit, sit vnicum fundamentum administrandae imposterum per reuisiones iustitiae, quo de obiecto non solum Imperator, sed et tria imperii collegia, imo omnes, et singuli in iis votantes per suos legatos imperii status vniformiter, et iisdem vix non verbis sese expressere: **Wie um so ehender, und geschwinder das so nöthig, als heilsame Visitations-Werk anzugehen, als dieses das Mittel ist, denen so vilen noch immer nach der Justitz-Pflege seufzenden Ständen, und Unterthanen zur allgemeiner Reichs-Wohlfahrt dereinst ein GOtt gefälli-**

ges

ges Genügen Reichs-gesätzmäßig zu leisten, und zugleich die Justitz-Pflege für das Künftige in Gang zu bringen.

1) Sammlung, und Fortsetzungen der nöthigsten, zum Theil noch ungedruckten Actenstücken die Visitation des kaiserlichen und Reichs-Cammergerichts betrefend. p. 16.

§. 42.

Restaurationem visitationis ordinariae, vel ideo sperare nobis licet, quoniam AVGVSTISSIMVS *durante nuperrima ventilatione comitiali* super quaestione: *vtrum classis secunda post anni lapsum* (mense Maio) *in stationem, et laborem classis primae* modernae visitationis extraordinariae succedat (Discurs. praelim. item §. 30. et 32.) *commissionis decreto* 1) *visitationem modernam ad* 2. *Nouembris prorogauit*, quo in termino visitationis negotium finiri posse 2) nos inde coniecturamus, quia in comitiis modo vlteriorum classium rectificatio 3) occupationis obiectum constituit.

1) Von der Römisch-Kaiserlichen Majestät IOSEPHI des Andertens, unsers allergnädigsten Herrn Herrn wegen, lassen der höchstansehnliche Kaiserliche Principal-Commissarius Herr Alexander Ferdinand, des Heil. Röm. Reichs Fürst von Thurn, und Taxis ꝛc. ꝛc. denen anwesenden vortreflichen Räthen, Bottschafteren, und Gesandten ohnverhalten: Es hätten Ihro Römisch-Kais. Majestät bereits unter den 26. Jen. vorigen Jahrs durch ein Kais. Commißions-Decret Churfürsten, Fürsten, und Stände sowohl von deme benachrichtiget, wie die an Ihre Vorfahrer am Reich so vielfältig- und am allerhöchst Sie selbsten in den Reichs-Gutachten vom 6. August 1766. nach den jüngeren Reichs-Abschied, und Ihro Kaiserlichen Wahl-Capitulation begehrte Vornehmung der Visitation Ihres Kaiserl. Cammergerichts von allerhöchst Ihro veranstaltet worden, als auch allerhöchst Sie dabey ihre Reichs-väterliche Sorgfalt auf alle dahin einschlagende Folgen nach der in gedachter Ihro Wahl-Capitulation gegebenen Zusag dahin aus-

drücklich erstrecket, damit für die künftige Visitationes das erforderliche berathschlaget, und für die gegenwärtige die Fortsetzung mit Berichtigung der weiteren Classen zu Stand gebracht, mithin hierüber so zeitlich, als es die Gesetze wollen, mit einem ausgiebigen Reichs-Gutachten Allerhöchst Ihro an Handen gegangen werde.

Nachdem diese auf die Reichs-Satzungen gegründete Kaiserliche Erwartung bis jetzo den immerhin gehoften Erfolg nicht gehabt, Ihro Röm. Kaiserl. Maj. somit die letzte Augenblicke der jenigen Zeit heran nahen sehen, in welcher bis zum 2ten May nächstens nach Sinn, und Worte der Gesetze das Amt der - mit der Cammergerichtlichen Visitation nun ein Jahr lang beschäftigten ersten Classe aufhöre, und die zweyte darzu beruffene Classe einzutretten hätte, hingegen die Lage der Sache ein längers zu warten nicht zugebe, sonder das Geschäft einen Stillstand, und der Gefahr des gänzlichen Verfalls sich würklich ausgesetzt befände.

So erachten Allerhöchstgedacht Ihro Röm. Kaiserl. Majestät diesen andringenden Nothstand von der Eigenschaft zu seyn, daß allerhöchst Ihro Kaiserl. Amt mit einer solch Reichsväterlichen Vorsehung eintrette, wodurch dieses so wichtige Reichs-Geschäft von seinem Verfall gerettet, somit die Reichs-Verfassung, und Gesetze nebst dem daraus erworbenen Rechte eines jeglichen best möglichst erhalten werde. Zu dem Ende wollen Ihro Röm. Kaiserl. Majestät der nun anderst nicht abzuhelfenden der Sachen Lage dadurch Reichs-väterlich dergestalt bevorkommen, und Ihre allerhöchste Kaiserl. Erklärung dahin ertheilen, daß die deputirte Reichsstände der ersten Classe das obhabende Geschäft noch weiters vom 2. May a.c. an auf 6. Monath bis zum 2. Novemb. fortführen mögen, versehen sich dabey allergnädigst, daß die hierunter befindliche Stände ihre Subdelegirte zu dem End für sothane Zeitfrist auf der Mahlstatt annoch zu belassen nicht entstehen wurden, weshalb auch allerhöchst sie Ihren Kaiserl. Commissarien aufgegeben, daß diese mit besagten Subdelegirten der 1sten Classe erwehntes Geschäft nach Maas

der

der ihnen dazu verbleibenden Zeit ohne mindeste Unterbrechung forthin behandlen sollen, nicht weniger auch dem Kayserl. Cammergericht die allerhöchste Weisung zugleich hätten zugehen lassen, damit dasselbe auf solchen erstreckten Zeitraum sich der Gebühr nach zu betragen, und zu achten habe.

Wie nun Ihro Kaiserl. Majestät für diese zum Besten der Erhaltung eines wichtigen, und heilsamen Reichs-Geschäfts genommene Kaiserl. Amts-Vorsehung an der dankbarlichen Anerkennung von Churfürsten, Fürsten, und Ständen nicht zweiflen, also können aber auch allerhöchst Dieselbe Ihre fernere Kayserl. Gesinnung dabey nicht verhalten, daß allerhöchst sie den Satz, als ob die 1ste Claß der deputirten Stände allen und mit Ausschliessung der übrigen, die Visitation dero Kayserl. Cammergerichts mit den Kaiserl. Commissarien zu vollenden habe, von darum für dermal Ihro Beyfall nicht geben können, weilen solches dem jüngeren Reichs-Abschied, dessen deutlicher in den Reichs-Gutachten von 5. Merz 1666. von gesamten Reich erklärter Bestättigung, sodann Ihro Königl. Wahl-Capitulation, besonders denen, in denen Jahren 1742. und 1764 ergangenen Churfürstl. Collegial-Schreiben zuwider, mithin denen daraus erwachsenen Rechten deren übrigen Reichsstände abbrüchig seyn wurde. Dahero allerhöchst Dieselbe Ihro Kaiserl. gesetzmäßiges Verlangen hiemit zu wiederhollen nicht umgehen konnten, daß gegenwärtige Visitation des Cammergerichts mit Ablösung der folgenden Classen nach deutlichen Inhalt vorerwähnter Reichs-Satzungen als ein gemeinsames Reichs-Geschäft auch mit Ihro Röm. Kaiserl. Majestät von allen Reichs-Ständen gemeinsam fortgesetzt, und zum wahren Nutzen des Reichs Iustiz Weesens einträchtig vollbracht werde. In Folge dessen wurden allerhöchst Dieselben das fernere darunter besorgen, daß des Herrn Churfürsten zu Maynz als des H. R. Reichs Erzkanzlern, in Einberuffung der folgenden Classen dasjenige zeitlich beobachte, was deßhalben durch die Reichs-Grund-Gesetze bereits vorgesehen, und seinen tragenden Erzkanzlerischen Amt auferleget worden.

Am vergnüglichsten aber wurde Ihro Röm. Kaiserl.

Majestät es seyn, wann Churfürsten, Fürsten, und Stände nach dem rühmlichen Vorgang der in obangezogenen Reichs-Gutachten von 5. Merz 1666. werkthätig bezeigten, und erklärten des Reichs Meynung und Dafürhaltens, auch jetzo wegen der 2ten Classe das fordersamste, und so auch weiters wegen der übrigen Classen das erforderliche zeitlich berichtigen, mithin solches bald möglichst mit einen ausgiebigen Reichs-Gutachten vorbringen, dabey jedoch nicht ausser acht lassen wollten, was das gesammte Reich in dem Schluß vom Jahr 1708. festgesetzet, und dessen Vollzug auf die gegenwärtige Visitation bey der Classen Berichtigung das Churfl. Collegial-Schreiben von 19. Merz 1764. anempfohlen habe. Ihro Röm. Kayserl. Majestät wurden zu allen deme, was von allerhöchst Ihro abhange, fortan beyzutragen allermildest geneigt seyn. Ubrigens verbleiben des höchstansehnlichen Kayserl. Principal-Commissarii Hochfürstl. Gnaden denenselben mit freunlichen, auch geneigten, und gnädigen Willen wohl zugethan. Signatum Regenspurg den 23. Aprill 1768.

(L. S.) Alexander Fürst von Thurn und Taxis.

2) Ex argumentis praecedentibus nos PÜTTERO haud adstipulamur, si loc. cit. §. 58. scribit, wann es gleich bey einem gewissen Abschnitt vielleicht eher geschehen könnte, die Visitation zu unterbrechen, est enim visitatio negotium indiuiduum.

3) Visitatio moderna quidem iam ab initio fuit retardata per id, quod varii imperii status in hanc, vel illam classem admitti praetenderent. *Praesidiu* principia iuris publici germanici §.419: n.2. quae praetensiones modo iterum recruduere, cum statu imperii in hanc vel illam classem ex variis titulis admitti allaborent, et inter illos, v. gr. augustissima Imperatrix, vti ex pro nota in comitiis communicata constat, qua Regina Bohemiae in tertia classe locum serenissimi Electoris Bauariae denuo ex capite readmissionis effectet, serenissimus Elector bauaricus econtra illum fortiori restitutionis scilicet fundamento sibi competere defendit: negotium interrumpere non exspectamus, cuius autem deductioni impraesentiarum haud insistimus.

SECTIO II.

DE

Reuiſione actorum in camera imperiali.

SYNOPSIS.

§. 43. *Reuiſio actorum quid?*
44. *Differt a ſupplicatione, et non differt.*
45. *Committitur viſitatoribus.*
46. *Principum circulorum conuocantes, reuiſionis negotium incohandum ciuibus, ac ſubditis per literas patentes notificant, et viſitatoribus ſpecificatio reuiſionum traditur.*
47. *Cauſae per recurſum ad comitia deuolutae remittuntur.*
48. *Reuiſiones ſunt immenſae, quarum proceſſum plures delinearunt.*

§. 43.

Cum de omnibus in viſitatione pertractandis verba fecimus (Sect. I,), de reuiſionibus quoque, quae frequentius cum viſitationibus connectuntur, nobis hic erit differendi locus; itaque reuiſionem definimus, *quod ſit actus, quo in ea inquiritur iudicii cameralis acta, quibus remedium reuiſionis contra ſententiam a camera latam eſt inſtitutum.*

1) *Praeſidis* Principia cit. §. 420.

§. 44.

Remedium ſupplicationis in iudicio imperii aulico nil aliud eſt, quam quod remedium reuiſionis in camera, omnibusque concedi debet 1), verba enim pacis weſt. art. V §. 55. ſunt; *Quoad proceſſum iudiciarium ordinatio camerae etiam in iudicio aulico ſeruabitur per omnia*, et differentia ſe habet tantummodo in eo, quod contra ſententias in iudicio imperii aulico latas grauamina per modum ſupplicationis Auguſtiſſimo exhiberi debeant, vti verba pacis citatae ſonant: *Loco reuiſionis in camera vſitatae*

licitum

licitum esto parti grauatae a sententia in iudicio aulico lata ad caesaream maiestatem supplicare, vt acta iudicialia etc. reuideantur 2); Differt porro quoad modum supplicatio a reuisione, quod moguntino notificatio haud fiat, fatale notificationis in camera vsitatum haud obseruetur, reuisores non sint status imperii; sed vt pax citata loquitur: *Adhibeantur alii grauitati negotii pares, neutrique partium addicti, ex vtraque religione aequali numero consiliarii* 3), *et qui concipiendae, et ferendae priori sententiae non interfuerint, aut certe referentium, et correferentium partes non sustinuerint*, tandem quod hoc remedium effectu suspensiuo gaudeat 4).

1) *Capit.* IOSEPHI II. *nouiss.* art. 17. §. 2.

2) *Recess. imp. nou.* de anno 1654. §. 126. R.H.R.O. tit. 5. §. 7. *Capit.* IOSEPHI II. *nouiss.* art. 17. §. 14. ubi ex verbis: **Nach der Reichs-Hofraths-Ordnung allerdings verfahren;** Patet concipientem Moguntinum contra pac. westph. errasse.

3) *Capit.* IOSEPHI II. *nouiss.* art. 16. §. 16.

4) *Moser* miscell. iuridico-histor. P. 2. n. 2. pag. 320. ibi: **Von dem bey dem Reichs-Hofrath üblichen** Remedio Supplicationis, siue Reuisionis. *Praesidis* princ. cit. §. 422.

§. 45.

Cum reuisiones, quando instituuntur ab anno 1532. fere semper, vti modo cum praecedente visitatione connectantur, atque a visitatoribus saltem aliquae, reliquae vero a secunda, et vlteriori classe conficiantur; fieri inde solet, quod saepissime sub visitationum nomine, in vno, eodemque legum imperii fundamentalium §uo, ac loco occurrant reuisiones, ac comprehendantur 1). Licet realis intercedat differentia (§. 33.). Quare autem reuisiones visitatoribus committantur, et ab imperii deputatione praecise peragantur, ratio in eo se habet, quod iu-

iudicium camerale neminem ſcit ſuperiorem, niſi Imperatorem, et imperium, hinc et nemini, quam his de ſententiis eius disquirere competit, vnde inſimul ratio patet, quare imperii leges reuiſionum disquiſitionem conuentui imperii demandent, et cum opus eſſet, et ille conuentus ipſe in locum iudicii cameralis ſe conferat, et reuiſiones ab eo conuentu peragi velint, a quo iam quot annis viſitationes camerae inſtituebantur 2), vti iubet ordinatio cameralis de anno 1555. part. 3. tit. 52. §. 1. *ibi:* Durch die zur jährlichen Viſitation verordnete Stände alle, und jede Gerichts-Acta ſolcher Sachen mit Fleiß zu reuidiren, und zu beſichtigen, cum vero ceſſantibus viſitationibus etiam reuiſiones non amplius fuere disquiſitae, ordinauit receſſus imperii ratisbonenſis de anno 1598. §. 62. Weiter, und als etlich Jahr hero von denen an unſern Kaiſerlichen Cammergericht litigirenden Ständen, und Partheyen viel unterſchiedliche Reviſionen nach Anweiſung der Cammergerichts-Ordnung bey unſern lieben Neven, und Churfürſten des Erzbiſchofen zu Maynz als Erzkanzlers Liebden geſuchet, deren wir jederzeit verſtändiget worden, aber von wegen der bishero unterblibenen ordinarie Viſitationen ihren Fortgang nicht erreichen können, dadurch dann die rechtliche Executionen zu vieler Partheyen ohnwiederbringlichen Schaden und Nachtheil geſtecket werden, und das Juſtitzweeſen einen gefährlichen Stoß leidet, deme zu begegnen, und vorzukommen, haben wir uns mit der Churfürſten, und Ständen Räthen, Bottſchaftern, und Geſandten, und ſie ſich hinwiederum mit uns verglichen, ordnen, ſetzen und wollen, dieweil die Erörterung ſolcher Reviſionen der Viſitation abhängig, auch alle Praeparatoria Reuiſionum bey derſelben verrichtet werden, daß ein ſolches

bey

bey seiner Ordnung zu lassen. Et recessus imperii nouissimus de anno 1654. §. 130. praecipit, daß nächst Verrichtung der Visitation die Revision unter Hand zu nehmen, und darinn fleißig zu verfahren seye. Pari modo in tribus capitulationibus nouissimis art. 17. §. 8. visitationis, ac reuisionum negotium est connexum (§. 39.).

1) *Praesidis* princ. cit. §. 420.
2) L. B. de ZIEGESAR de visitatione camerae imperialis §. 57.

§. 46.

Edicto caesareo de dato Wienn 10. Octobr. 1766. puncto visitationis, ac reuisionum, in vniuersum imperium exarato, et Electoribus, atque Principibus circulorum conuocantibus transmisso 1) adiunctum erat rescriptum de eodem dato, quod ad bauarici circuli conuocantes sequentis est tenoris: Demnach seine Kaiserliche Majestät aus Reichs-väterlicher Sorgfalt, und auf Verlangen der Reichsstände, zu Beförderung der beym Cammergericht unerörterten Revisionen das erforderliche Edict ins Reich zu erlassen sich entschlossen hatten: So fügeten S. Kaiserlichen Majestät solches Edict hierbey, und ersucheten dieselben als ausschreibende Fürsten des bairisches Crayses berührtes Edict desselben Craysständen verkünden, und durch die benannten behörigen Ort publiciren, somit zu männigliches Wissen bringen zu lassen, und daran zu seyn, damit angeregtem Rescript durchgehends nachgelebet, und würkliche Folge geleistet werde. Wie aber diese Publication geschehen, davon erwarteten Se. Kayserliche Majestät die gezimmende Anzeige 2). Rescriptum isthoc vna cum edicto caesareo circuli bauarici (aliorumque circulorum) conuocantes d. d. München den 10., und Salzburg den 24. Nouembris 1766. suis con-

constatibus communicarunt, iniuncta simul publicatione, et Augustissimo de ea certiori reddito, serenissimus Elector Bauariae per rescriptum München den 26. November 1766. inchoandum isthoc reuisionum negotium singulis suis notificauit ciuibus, ac subditis 3). Et primis statim mensis Maii diebus 1767. a Moguntino qua Archicancellario statibus imperii deputatis primae classis specificatio partium reuidentium, puncto prosequendarum in iudicio camerali interpositarum reuisionum, partim immediate, partim per notarios mandatarios insinuatarum fuit communicata 4).

1) Zweyte Fortsetzung der Sammlung der nöthigsten zum Theil noch ohngedruckten Actenstücke die Visitation des Kaiserl. und Reichs-Cammergerichts betreffend. p. 151.

2) Sammlung der neuesten Staats-Angelegenheiten Teutschlands Band 1. Stuck 1. p. 3.

3) Von GOttes Gnaden Wir Maximilian Joseph, in Ober- und Nieder-Bayrn, auch der Obern Pfalz Herzog, Pfalz-Graf bey Rhein, des H. R. R. Erz-Truchseß, und Churfürst Landgraf zu Leuchtenberg etc. etc. Entbiethen unseren Hofraths-Praesidenten, Vice-Praesidenten, Vitz-Domen, Kanzlern, Räthen, Rentmeistern, und all übrigen Obrigkeiten, Beamten, Ständen, und Unterthanen unseren Gruß zuvor, und geben denenselben hiemit zu vernehmen, was nemlichen von Sr. Kaiserl. Majestät mittls eines unterm 10ten Octobris dies laufenden Jahr erledigten Edict ins gesammte Reich erlassen worden, und in folgenden bestehet; daß pro

Imo die Reichs-Cammergerichts-Visitation den 2 May nächst künftigen Jahrs ihren Anfang nehmen solle.

IIdo Sollen alle diejenige, welche einige von ihren Reuisions-Processen fortgesetzt: und von denen Kaiserlichen Commissarien, dann der andern visitirenden Ständen verordneten Reuisorn erlediget: und abgeurtheilet haben wollen, solches in Zeit vier Monaten von Verkündung dieses Kaiserl. Edicts an, sowohl bey dem Cammergericht, als

auch bey dem Churfürsten zu Maynz, als des Reichs Erz-Kanzlern, gebührend anzeigen, und erklären;

IIItio Diejenige aber, deren vor der Zeit des jüngern Reichs-Abschieds angestellte Revisionen in Kraft edictmäßiger Anzeig annoch bestehen (inmassen die in Gefolg des Kaiserl. Edicts vom Jahr 1653. in der darinn vorgeschriebenen Zeit, und Weise nicht angezeiget: vorgehende Revisionen desert verbleiben, und zu gegenwärtiger Visitation nicht zu ziehen: weder anzunehmen seyen, wann sie nach damaligen dem gedachten jüngern Reichs-Abschied vorhergegangenen Gebrauch ihre Revisions-Gravamina in vorbemeldter Frist am Cammergericht producieren: und sodann alle, und jede sich mit denen Sporteln (welche ihnen mehr besagtes Cammergericht vor dies erstemal nach Vorschrift des jüngern Reichs-Abschieds §uo 126. zu mehrer der Justitz-Beförderungen, auch auf die bisher zusammen geschwollene Revisions-Sachen, vorbehaltlich deren Revisorn weiterer Ermäßigung zu taxiren, und anzusetzen hat, auch darauf von Kais. Majestät dasselbe Cammergericht besonders angewiesen werden würdet) gefaßt halten solle, und diese jedoch nicht eher, als wann an die Sache Hand angeschlagen, und von den Kaiserl. Commissarien, und übrigen Revisorn solches angedeutet wird, zum Archiv einzutragen, und zu erlegen, mit der angefügt-ernstlichen Verord- und Wahrnung, daß, wo ein- oder anderer der jetzo anbefohlenen Puncten in angesetzter Frist nicht erfüllet, warumen solches in diesem Termino nicht geschehen könne, an beyden oberwehnten Orten nicht angezeiget seyn worden, alsdann sothane Revisionen für desert, und erloschen ferner hiemit erkläret seyn sollen. Ein welches hiemit zur benöthigter Wissenschaft ohnverhalten gelassen wird. Gegeben in unserer Haupt- und Residenzstadt München den 26. Nov. 1766.

Ex Commissione Sereniss. DD. Ducis, et Elect. Speciali. — Carl Antoni Miller, Churfl. Hofraths-Secretarius.

4) Kurze auf die Reichs-Gesetze sich gründende Abhandlung von dem Kais. und des Reichs Cammergerichte, und dessen anjetzo vorseyenden Visitation 2ter Theil, 2ter Abschnitt. §. 32. pag. 53. - 55.

§. 47.

Quod causae iustitiae ob cessantes reuisiones per recursum ad comitia deuolutae, instituta iterum visitatione eo remittantur, recentiori probamus casu; per impressa enim innotescit, quod liberi Barones de Gemmingen in Hornberg, ac Treschklingen contra serenissimum Landgrafium Hasso-Darmstadianum, et liberos Barones de Gemmingen in Hornberg, et Fränckisch-Grumbach puncto feudi Michefeld causam in iudicium camerale deduxere, atque in ea obtinuere 1). Serenissimus Hasso-Darmstadianus per recursum hancce causam ad comitia deuoluit 2), nuperrime dein Legatus Hasso-Darmstadianus Dominus de Schwarzenau praeter impressum in hac causa pro memoria ad aedes comitialium distribui curauit, in quo sequens formauit petitum: Nunmehro ob summum in mora periculum diese, für alle Stände des Reichs gleichwichtige Sache in ohngesäumte Deliberation zu nehmen, und sofort dasjenige zu verfügen, was zu Erhaltung Reichsständischer Iurium Gesetze, und Billigkeit erforderen, oder aber im Fall hierunter zu deferiren noch zur Zeit Anstand genohmen werden sollte, wenigstens diese Angelegenheit ad Consessum Visitationis zu weiterer Untersuch- und Erörterung geneigtest, und bald gefälligst zu verweisen, um sodann dem Cammergerichte, welchem inmittelst zu steuren nöthig wäre, hier nächstens das endliche Maas, und Ziel stecken zu können. Quod petitum in tribus imperii collegiis die 6. Maii elapsi fuit propositum, et nullus in contrarium votum tulit, ipsique Domino iudici camerae imperialis, ne in causa vlterius procedatur, in scriptis est insinuatum.

1) Succincta, ac genuina species facti, et series processus annexa perbreui refutatione praetensorum grauaminum statuum imp. communium, in Sachen derer Freyherrn v. Gemmin-

mingen auf Hornberg, und Treschklingen entgegen, und wider des regierenden Herrn Landgrafen zu Hessen-Darmstadt Hochfürstl. Durchlaucht, und die Freyherrn von Gemmingen auf Hornberg, und Fränkisch-Grumbach decisae citationis super protracta, vel denegata iustitia, et ad videndum se condemnari ad concedendum inuestituram, et respectiue deoccupandum feudum cum fructibus perceptis, ac percipiendis cum omni causa nunc mandati de exequendo, das in dem ohnmittelbaren Kaiserl. und Reichsritterschäftlichen Canton Creichgau in Schwaben gelegene Rittergut, und zum Theil Hochfürstl. Hessen-Darmstädtische Lehen Michefeld betrefend. Wetzlar 1764.

2) Actenmäßige Geschichts-Erzehlung nebst rechtlicher Ausführung des an Ihro R. K. Majestät, und das gesammte Reich von des regierenden Herrn Landgrafen zu Hessen-Darmstadt Hochfürstl. Durchl. in unbefugten Sachen derer Freyherrn von Gemmingen zu Treschklingen entgegen, und wider höchstbesagt Ihro Hochfürstl. Durchl. und die Freyherren von Gemmingen zu Fränkisch-Grumbach praetensae citationis super protracta, vel denegata iustitia, et ad videndum se condemnari ad concedendum inuestituram, et respectiue deoccupandum feudum cum fructibus perceptis, ac percipiendis cum omni causa die Succession in das Hessen-Darmstädtische Lehen zu Michefeld betrefend, gegen die Reichsgesetz-widrige Verfügungen, und ohnstadhafte Erkanntnis des hochpreyßlichen Kaiserl. und Reichs-Cammergerichts nothgedrungen genommenen Recursus. Darmstadt 1764.

§. 48.

Cum anno 1585. vltima visitatio ordinaria (§. 9.), et anno 1600. vltima extraordinaria (§. 10.), in quibus et simul reuisiones sunt disquisitae, habita fuerit (in nouissima enim visitatione in reuisiones haud fuit indagatum (§. seq.), hinc longe vltra seculum ommissae) inde euenire aliter non potuit, quin in immensum creuerint. Ipsum reuisionis processum quod attinet, eiusque solemnia, quae

non

non ſolum in petitione reuiſionis a Moguntino, vel eo intereſſato, a treuirenſi Electore ſeruanda, ſed etiam rationem, qua ipſae reuiſiones a viſitatoribus, et reuiſoribus expediri ſoleant, hic pertractari eo magis ſuperfluum eſſet, quo certius conſtat, quod eum plures partim in libris practicis 1), partim in diſſertationibus 2) copioſius delinearunt, nobis hic demonſtrare ſufficit, quod per reuiſiones copoſi ad comitia recurſus ſiſtantur (Sect. III.).

1) *J. F. W. de N. de W.* Princ proceſſ. iudicii imp. aulici hodierni cap. 8. §. 46. *Scopp* gründliche Anweiſung der heutigen Reichsgerichts-Verfaſſung, und beſonders des heut zu Tag üblichen Reichs-Proceſſes von beyden höchſten Reichs-Gerichten. Sect. 2. cap. 12. §. 434. *Eſtors* Anfangsgründe des gemeinen, und Reichs-Proceſſes cap. 38. §. 954. *Pütter* Erläuterung des Proceſſes beyder höchſten Reichsgerichte. pag. 191. ſeq. et 214. ſeq. L. B. de CRAMER ſyſtema proceſſus imperii, ſeu ſupremorum auguſtiſſ. tribunalium. EIVSDEM obſeruationes iuris vniuerſi. *ibique plures.*

2) *Hellfeld* de remediis aduerſus ſententias praeſertim in auguſtiſſimo conſilio imperiali aulico latas Cap 2. Sect. 1. §. 7. ſeq. *Bender* de reuiſione actorum, et ſententiarum in iudicio camerali pronuntiatarum. *Roth* de remedio reuiſorio aduerſus cameram imperialem. *Boeckelmann* de reuiſione, eiusque proceſſu in camera. *Hertius* de iudicio reuiſorio in camera imperiali. *Reinhard* de potioribus differentiis, quae inter reuiſiones camerae, et eas intercedunt, quibus in ſtatuum prouinciis, et foris vtimur. *Langenbeck* de iudicio reuiſorio, camerali, & Hamburgenſi.

SECTIO III.

DE

Recurſu ad comitia per reuiſionem actorum ocyus, et tandem legaliter ſublato.

SYNOPSIS.

§. 49. *recurſus ad comitia per reuiſiones ſiſtuntur.*

§. 50. *Succincta Recurſus ad comitia delineatio, ac indoles.*

§. 49.

Ordinabantur quidem in recessu imperii nouissimo de anno 1654. §.124. seq. nec non in tribus capitulationibus nouissimis art. 17. §. 2. seq. plurima, patim de formalibus remedii reuisionis instituendi 1), partim de summa reuisibili 2), partim etiam de conuentu statuum ad excipiendas reuisiones delegando 3), nihilo tamen minus ad indagandas reuisiones, quae cum in vltima visitatione 4) disquisitae haud essent, immense creuerant, nullus vsque ad nos tempora conuentus statuum est constitutus, ex quibus intermissis hucvsque actorum reuisionibus aliter evenire nequibat, quam vt recursus ad comitia imperii statuum in caussis iustitiae tam frequens, et multifarius emerserit, regulariter negotia imperii publica pacis scilicet, belli, foederis, ac legislationis solummodo ad comitia pertinent 5). Deuolutio igitur causarum iustitiae in imperii archidicasteriis pendentium ventilatarum, atque diiudicatarum concedi non deberet, cum autem reuisiones cessant, et sententia archidicasteriali status imperii sese grauatos esse conqueruntur, necessario audiri debent, id quod et imperator promisit 6), ex quo fundamento quaestionem: vtrum recursus ad comitia sit licitus? nos affirmamus 7). Recessus enim imperii nouissimus de an. 1654. §. 7. cum principiis iuris publici vniuersalis vnanimi voce ait: Ohne das Justitzwerk kann kein Reich in fridlichen Weesen erhalten werden. Et (supra §. 45.) deduximus, quod iudicium camerale neminem sciat superiorem, nisi imperatorem, et imperium, hinc et a nemine, quam ab his in sententias eius est disquirendum; Vnde et leges imperii fundamentales reuisionum disquisitionem conuentui imperii concinne demandarunt, ex quo

fluit

ſluit, quod, ſi conuentus imperii non deleget viſitatores, atque reuiſores, ſemper recurſus ad comitia, ſeu conuentum imperii, qui deputare, atque ſic per viſitationem reuiſiones inſimul reſtaurare vi officii haberet, patere debeat, vtvt haec via extraordinaria, ob defectum legibus praeſcriptae ordinariae difficultatibus ſubeſt. Ex quibus itaque hucusque deductis, viſitationum et per has reuiſionum reſtaurationem vnicum, ocyus et tandem legaliter recurſus ad comitia tam copioſos tollendi, remedium eſſe, quisque prima fronte intelligit.

1) *Receſſ. imp. nouiſſ.* de anno 1654. §. 124. 125. et 126.
2) *Receſſ. imp. nouiſſ.* de anno 1654. §. 127.
3) *Receſſ. imp. nouiſſ.* de anno 1654. §. 128. *Capit.* IOSEPHI II. *nouiſſ.* art. 17. §. 3. ſeq.
4) *Neurod* Erläuterung des jüngern Reichs-Abschieds, p. 566.
5) *Praeſidis* principia cit. §. 282.
6) *Capit.* IOSEPHI II. *nouiſſ.* art. 13. §. 6. *Pax Weſtph.* art. 5. §. 55.
7) *Praeſidis* principia cit. §. 421. *ibique* alii.

§. 50.

Modus recurrendi ad comitia hucusque in eo ſe tenuit: Status imperii per ſententiam imperii archidicaſterialem grauatus vel pro memoria, vel deductionem iuris, et facti praeter literas typis imprimi curat, easque transmittit ſuo Legato comitiali, qui Legato moguntino eas tradit;, atque per dictaturam aliis communicari, ac proponi petit, ſic etiam proceditur, quando memoriale dictandum, ac proponendum, ipſummet Moguntinum tangeret, et ſi Moguntinus in eo haeſitaret, vtrum exhibitum ſit dictandum, et proponendum? deſuper in collegio electorali proponere, et concluſum iubente capit. nouiſſ. art. 13. § 7. exſpectare habet, id quod nobis pro propoſito, ac ſcopo noſtro *de viſitatione camerae imperialis, et in ea actorum reuiſione, atque per hanc recurſu ad comitia ocyus, et tandem legaliter ſublato* ſcripſiſſe ſufficiat, atque inſimul demonſtraſſe, quod reſtauratio viſitationum, atque per has reuiſionum vnicum ab Auguſtiſſimo, et imperii ſtatibus per ſecula perſpectum ſit remedium, quo iuſtitia, via ordinaria adminiſtrari, ſicque ocyus, ac tandem legaliter obtineri queat legum imperii fundamentalium *Finis.*

CO-

COROLLARIA, EX OMNIGENO IVRE,

Quae ipsemet Defendens proponit, ac disquisitioni publicae submittit:

I. Principium iuris naturae, publici vniuersalis, et gentium primum est conseruatio sui ipsius, sed cum triplici officio erga Deum, seipsum, et proximum.

II. Repressaliae iure gentium sunt licitae, imo iure positiuo praeceptae.

III. Guarantia iuri gentium omnino conformis est, quidquid alii dicant de guarantia pacis westphalicae.

IV. Ius proedriae iuri gentium plane incognitum est.

V. Licet pactis vi, aut metu initis non obligemur, attamen pax quaecunque per exceptionem, quod vi, aut metu extorta sit, non infirmatur, sed sicuti pactum libere initum seruari debet.

VI. Testamentum vt vocant reciprocum de aequali cognatorum successione morte vnius ab altera parte in totum rescindi non potest.

VII. Ignorans legis poenam recte iuxta legem punitur,

VIII. Licet ipsae leges pro futuro tantum obligent.

IX. In substitutione pupillari mater praeteriri nequit.

X. Sub verbo Haus-Diebe *etiam operarii frequentiores, et confidentiores comprehenduntur.*

XI. Fur rupto laqueo viuus in terram cadens denuo est suspendendus.

XII. Iudaeus in Christum, vel Deiparam etc. blasphemans eodem rigore, quo christianus, iure punitur.

XIII. Forum clericorum ecclesiasticum non est priuilegiatum, sed ordinarium.

XIV. Consultius esset, si in imperio testamentum iuxta ius canonicum a parocho, et duobus testibus conficiendum esset introductum.

XV. Debitor longissimi temporis lapsu creditori hoc iure non praescribit.

XVI. Regula iuris feudalis vulgaris : Kreumstaab schließt Niemand aus, *est falsa.*

XVII. In genere affirmare non licet feudum ecclesiasticum esse improprium.

XVIII. Regula, quod in controuersia feudali res potius praesumatur allodialis, quam feudalis, intuitu imperii statuum haud obtinet.

XIX. Dominus directus ratione feudi in alieno territorio siti exercet iudicium, sed non iurisdictionem.

XX. Imperium germanicum est imperium feudale.

XXI. Directorium, aut officium conuocandi status circulares non tribuit proedriam.

XXII. Capitulo moguntino sede archiepiscopali vacante imperii directorium competit.

XXIII. Electoribus competit cognitio solitarie : vtrum adsit iusta Regem Romanorum eligendi causa.

XXIV. Immediati non status in causis religionis gaudent iure statuum imperii.

XXV. Immediati non status subsunt iurisdictioni episcopali.

XXVI. Iustitia in camera imperiali finaliter administrari nequit nisi restaurata visitatione.

XXVII. Visitatio, a quibus est inchoata, ab illis est finienda.

XXVIII. Supplicatio in iudicio imperii aulico nil aliud est, quam reuisio in camera.

XXIX. Recursus ad comitia in causis iustitiae est legalis, et illegalis.

XXX. Causae in camera imperiali puncto debiti ventilatae ad iudicium imperii aulicum auocari ibique decidi queunt.

F I N I S.

BSB Bayerische StaatsBibliothek

MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Schmidt, Benedikt, / Veltheim, Julius <<von>>, / Gran, Johann Karl.

Benedicti Schmidt, ICti, Serenissimi Ac Potentissimi Electoris, Vtrivsqve Bavariae Dvcis, Reliq. Reliq. Consilarii Actvalis Avlici, Professoris Ivris Pvblici Et Fevdalis Ordinarii, Academiae Scientiarvm Boicae Socii Dissertatio Historico - Ivris Pvblici Germanici Practica De Visitatione Camerae Imperialis, Et In Ea Actorvm Revisione, Atqve Per Hanc Recvrsv Ad Comitia Ocyvs, Et Tandem Legaliter Svblato = Von der Kaiserlichen Reichs-

[Ingolstadt] 1768

4 Diss. 3779,15
urn:nbn:de:bvb:12-bsb11024830-0
VD18 90889487